¶ Ab aduocatis iurisconsultis
ꝛ ꝓcuratoribus. Ca. v.

PRimo interrogꝫ cō
fessor ab aduocato
si aduocauit ꝓhibi-
tus a iure. nā si sciē-
ter hoc fecit videtur peccasse
mortaliter. Si scienter defēdit
causam iniustā vel desperatam
mortaliter peccauit. ꝛ tenet ad
restitutionē alteri pti ſm tho.
ij. ij. q. lxxi. sed si ex ignorātia sua
nō cognouit iniustā esse causam
ꝛ ideo eā defendit excusatur eo
modo quo ignorātia excusare
potest. Si vero ignoranter ab
initio iniustā suscepit ꝛ postmo
dum in ꝓcessu iudicij cognoue-
rit eā talē omnino relinquere de
bet ꝛ clientulo consulere ꝙ desi
stat ꝛ cedat vel cōponat cuꝫ ad
uersario de cōmuni concordia
sine fraude vt in. l. rem nō nouā
C. de iudic. hec Tho. ꝛ Ray. in
causa vero dubia licite pōt pa-
trocinari ſm. ꝯꝯ. Si fideliter ꝛ
legaliter inquantū iusticia per-
mittit causaꝫ sui clientuli fouit
ꝛ defendit nichil de ꝯtingenti-
bus omittendo. Naꝫ ad hoc te
netur. ꝛ si ꝓpter suā imprudē-
tiam vel negligentiā notabileꝫ
qꝛ noluit diligēter studere et la
borare prout causa exposcebat
amisit eaꝫ mortaliter peccauit.
ꝛ tenet ad restitutioneꝫ damni
inde secuti clientulo suo. ff. d of.
psi. l. vtilitas. Idem Rai. ꝛ host.

Si prodidit aduersario secreta
clientuli sui vel alias dolo malo
fecit ei perdere causam iustam
mortaliter peccauit ꝛ tenet vt
supra. ff. de iudic. l. filiusfamilias
Si in aduocando debito modo
vsus est. Nā non licet ꝓponere
vel aduocare ꝓcaciter ꝯuician-
do seu vociferando ꝛ tales ꝓca
ces aduocati qui non ratione sꝫ
ꝓbris putant esse decertanduꝫ
reddunt infames. iij. q. vij. si qs
a deo. Si falsa iura leges vł glo
sas allegauit seu falsa instrumē
ta aut falsos testes vel corru-
ptos ac falsas ratōes seu ꝓba-
tiones iuris vel facti induxit vł
ꝓduxit mortaliter peccauit. Si
quoquomodo aduersario sui cli
entuli bonam causam abstulit.
vel in aliquo eum grauauit pe
tendo dilationē supfluā faciēdo
positionē duplicē vel cauillosaꝫ
vel ꝑ instructōeꝫ falsi testis vel
qꝛ induxit clientulū suum vt ne
garet veritatē ꝛ hmōi. In oībꝰ
bis ſm hosti. tenet insolidū ad-
uersario quo ad verū interesse.
Idem dicendū de iurisconsulto
ꝛ ꝓcuratore si sciēter opē vł cō-
siliū dederint in cām iniustā. et
eorū ope vel ꝯsilio obtenta ē vi
ctoria cause alias nō. ex. de reg.
iur. nullꝰ. li. vi. Si iniit vllū cōtra
ctum vel vllā pactōeꝫ fecit cum
collitigatore quē in ꝓpriam re
cepit fidem nā hoc ꝓhibitū est.
iij. q. vij. si qs a deo. Si salariuꝫ

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-637/0123
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG